

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Senectus k
cum fonte primo

Omnes pene uirtutes corporis mutantur
in senibus et crescente sola sapientia
decrescunt cetera
uires.

Ieronymus in epistola ad Nepocianum.

omnes paene uirtutes corporis mutantur
in senibus et crescente sola sapientia
decrescunt ceterae:

ieiunia, chameuniae, huc illucque
discursus, peregrinorum susceptio,
defensio pauperum, standi in oratione
perseuerantia, uisitatio languentium,
labor manuum, unde praebeantur
elemosynae, et, ne sermonem longius
traham, cuncta, quae per corpus
exercentur, fracto corpore minora fiunt.

Hieronymus Stridonensis, *Epistulae*, 52,
3, 2 (CSEL 54, I. Hilberg ed., p.416,
ll.13-19).